

THE DESCRIPTION OF THE WORLD^s WILL OF MAFFEO SENIOR
 vnum annum a die obitus mei & super hoc onero conscienciam cuiuslibet predic-
 torum meorum conmissariorum & volo quod ipsi teneantur reddere racionem in
 die Judicij ante illum Judicem qui non respicit personam hominis Et eciam volo
 & ordino quod si aliquis suprascriptorum meorum conmissariorum nolet adimplere
 omnia & singula que in hoc meo testamento continentur seu contradicere uoluerit
 quod ipse ex nunc prout ex tunc sit priuatus de omnibus & singulis dimissoriis
 quas sibi dimitto de meo mobili in hoc meo testamento et eciam volo quod
 ipse desinat esse meus conmissarius & ipsas dimissorias seu legata ordino distribui
 pro anima mea & meorum defunctorum secundum discrecionem alterius mei
 conmissarii uolentis obseruare Et uolo quod ipsi mei conmissarii diuidant inter
 se illa legata que pro anima mea ordino dari & distribui secundum eorum dis-
 crecionem ymmo uolo quod ipsi sint simul ad danda & distribuenda pro anima
 mea modo & ordine suprascripto Et si predicti mei conmissarii fuerint negligentes
 ita & sic quod ipsi non adimplerent omnia & singula que in hoc meo testamento
 ordino dari & distribui infra vnum annum post obitum meum exceptis legatis
 condicionatis ad "tempus" certum & illis que non possent infra predictum ter-
 minum persoluisse propter absenciam illorum quibus tenentur(?) & illorum
 quibus dimitto Tunc prout ex tunc constituo meos conmissarios Dominos
 procuratores sancti marci superconmissarios constitutos ad super omnia & singula
 exequenda & administranda que non essent completa & tunc uolo quod predicti
 nepotes mei desinant esse mei conmissarii Plenissimam quoque uirtutem &
 potestatem do & tribuo suprascriptis meis conmissariis tam institutis quam sub-
 stitutis post obitum meum Jntromitendi & administrandi conmissariam meam
 secundum suprascriptos ordinem modum & formam Inquirendi interpellandi
 aduocacionem(?) precepta & interdicta tollendi proclamandi placitandi respondendi
 sentencias audiendi & consequendi Jntromitendi & excuciendi(?) omnia mea bona
 & habere ubicumque uel apud quemcumque inueniri poterint cum Carta & sine Carta
 per curiam & extra curiam & securitatis Cartam & quicquid Jnde aliud opus
 fuerit faciendi sicut Egomet viuens facere possem & hoc meum testamentum firmum
 Judico esse in perpetuum Si quis ipsum frangere uel corrumpere presumpserit in
 indignacionem omnipotentis dei incurat & sub anathemate trecentorum decem &
 octo patrum constrictus permaneat & in Eterno incendio cum Juda traditore
 semper crucietur ac nunquam suam mereatur uoluntatem adimplere & Jnsuper
 componat cum suis heredibus & sucessoribus suprascriptis meis conmissariis ac
 sucessoribus eorum Auri libras quinque & hec mei testamenti Carta in sua
 permaneat firmitate Signum suprascripti mathei paulo qui hec rogauit fieri

†Ego petrus diaconus sancti Johannis crisostomi testis subscripsi